

118.

F. o. 115. K. ^a

PAULI DIACONI

3

H.Y.M.N.U.S

IN

NATALI

JOHANNIS BA-

PTISTAE.

Explicatus

à

M. JOHANNE WEITZIO.



JENÆ,

Literis LOBENSTEINIANIS,

ANNO

M. DC. XXXIX.

PALLI DIACONI

LYNNUS

NATALI

JOHANNIS BA-

P. T. S. T. A. E.

Explicans

M. JOHANNES WEITZIO.

GENE

LIBER FORNSTEMINI

ANNO

M. DC. XXXIX.





Spectabili & prestantissimo

Viro

Dn. JOHANNI BREITHEU-
PTIO, Municipii Gothani præfe-
cto integerrimo; Amico pl.
honorando.



Consultissime Dn. Præ-
fecte, Fautor honorabilis,
& Amice suavissime! Fe-
stivitati D. Johannis Bapti-
ste solemnè in Gymnasio nostro
reddidi, atq; *Hymnum Pauli Diaconi* ju-
ventuti scholasticæ, quæ fidei & curæ
meæ concredita est, elucidavi. Hoc,
quicquid est *διὰ τῆς βῆς*, Tibi inscribo
atq; consecro; Tibi, quem harum
amantissimum atq; benègnarum es-
se Musarum, exactè cognitum habeo
probèq; exploratum. Quin fronte
porrectiore & absq; *συγγῆ ὀφρῶν κίφδ,*

A 2

Euri-

Euripidis sensu, has pagellas & hoc
chartaceum munusculum sis acceptu-
rus & adspecturus, nullus omninò du-
bito. Deus in hac rerum perturbatio-
ne ac vertigine, quâ tantum non uni-
versa Germania sævissimis agitata bel-
li infaustissimi procellis, & suis pænè
convulsa sedibus, Symplegadam in-
star, inter se concurrat, TE tuamq; fa-
miliam, antiquâ virtute & gloriâ præ-
stantem, in seros florentem annos con-
servet, nobisq; deinceps halcyonia
clementer indulgeat; quid etiam?
tuum mihi favorem illibatum præster
ac perennet! Gothæ mense Junio, an-
no ∞ IJC XXXIX.

*Tuæ Virtutis & Honoris
cultor studiosiss.*

M. Johannes Weitzius,
Scholæ Rector.

IN

IN NATALI JOHANNIS

BAPTISTÆ

HYMNIUS PAULI DIACONI.

UT queant laxis RESonare fibris
MIRA gestorum FAMuli tuorum
SOLve polluti LABii reatum
Sancte Johannes.

5. Nuncius celso veniens Olympo
Te Patri magnum fore nasciturum,
Nomen, & vitæ seriem gerendæ,
Ordine promit.

10. Ille promissi dubius superni
Perdidit promptæ modulus loquelæ:
Sed reformavit Deus huic peremtæ
Organa vocis.

Ventris obstruso filius cubili
Senferas Regem thalamo manentē:
15. Hinc parens nati dubiis uterq;
Abdita pandit.

Antra deserti teneris sub annis,
Civium turmas fugiens, petisti;
Ne levi saltem maculare vitam
20. Famine posses.

A 3

Præ-

Præbuit durum tegimen camelus
Artubus sacris, strophium bidentes;
Cui latex haustum, satiata pastum
Mella locustis.

25. Cæteri tantùm cecinere Vatum
Corde præfago, JUBAR adfuturū:
Ipse sed mundi scelus auferentem
Indice prodis.


Non fuit vasti spacium per Orbis
30. Sanctior quisquam hoc genitus Jo-
hanne;

Qui nefas sæcli debuit lavantem
Tingere lymphis.

Gloria Patri, Genitoq; Proli,

Et Tibi compar Utriusq; semper

35. Spiritus alme, DEUS unus omni
Tempore sæcli.



HYMNUS.



Augustinus super Psalmum
LXXII. Hymni, inquit, laudes
sunt Dei cum cantico: Hymni,
cantus sunt continentes laudem
Dei: si sit laus, & non sit Dei,

non

non est hymnus. Si sit laus, & Dei laus, & non
caperetur, non est hymnus. Oportet ergo, ut,
si sit hymnus, habeat hæc tria; & laudem,
& Dei, & Canticum. Vide Jacob. Spiegelii-
um ad Prudentium p. 187. & seq. Mich. Præ-
torium syntag. Musici parte 1. membro 3. p.
67. Finckium cent. 4. can. Theol. p. 294. &
seq. sed quia ὕμνεῖν etiā laudare significat;
unde Homerus: ἐρμῆν ὕμνει μῦθον. Et Or-
pheus: Τὴν ἀρετὴν ὕμνω: Catachre-
sticos etiam hymnus extendi potest ad lau-
des Beatotum. Verbum *hymnare* usurpa-
vit Prudentius Peristeph. 1. v. 118. *State nunc,
hymnite matres pro receptis parvulis.*

Autor hujus hymni.

D. Finckius, sylloge quæst. illust. q. 184.
Hymni (inquit) in Nativitate Johannis Ba-
ptistæ autor est *Paulus Diaconus*; isq; præscri-
ptus cantoribus & Musicæ sectatoribus, pro
impetrandâ voce, quod & claves Musica-
les, in primâ strophâ expressæ, insinuant,
hoc modo: *UT queant laxis Resonare fibris
Mira gestorum Famulitorum, SOLve pollutis
Labiis reatum.* At cum vocis solus Deus sit
dator, Exodi 4, 11. apertor Psal. 51, 17. Jerem.
1, 9. meritò de puritate verborum & preca-
tione, ad D. Johannem directâ, in verâ Ec-
clesiâ dubitatur, &c.

A 4 Mich.

Mich. Prætorius T. I. Syntag. Musici,
part. I. memb. 3. p. 71. Referenda hic venit
perabulum inventio & compositio Hym-
ni, festo Johannis Baptistæ dicati, qui no-
stris in Ecclesiis correctius decantatur, &
nemini non notus est: *Ut queant laxis re-
sonare fibris &c.* Unde sex Musicales voces
sunt desumptæ, *Guidonis Aretini*, qui sub
Conrado II. & Henrico III. Imp. floruit,
operâ. At manifesta est idololatria, quod
Paulus quidam nomine, Romanæ Ecclesiæ
historiographus, aliquando sub exhibitio-
ne Paschalis facis, der *Dsterkerger* / rauce-
dinem persentiscês, pro recuperandâ vocis
integritate hunc Hymnum composuerit,
atq; eo ipso Johannem vocis clarioris pa-
tronum invocaverit, cujus quippe natali
die, muto patri Zachariæ vox sit reddita,
cumq; ipse præcursor & præco Domini,
Clamantis Vox Esaiæ encomio proclametur,
Philipp. Bosquier. Operum p. 865. *Ne levis
saltem maculare vitam Famine posset*, ut ait
Paulus Diaconus. *Itaque III. : obom con
Hymno igitur huic, ut tempori alie
quod ponamus precium, horas aliquot tri-
buemus, & Notis sive observationibus ne-
cessariis illustrabimus, non ex luce fumum,
sed ex fumo lucem daturi. Sit dies hæc fe-
sta nobis, sit sacratum gaudium. Prudent. Peri-
Steph. I. v. 120.*

Dispo-

DISPOSITIO. A III

Absolvitur:

1. Προσφωνήσει.

2. Προτάσει.

3. Διηγήσει.

4. Δοξολογία.

Προσφωνήσις ad Johannem Baptistam est directa, in adjuncto v. 4. *Sande Johannes.* Ubi simul benevolentiae latet captatio. Προτάσις est ab effic. & effectu per adjunctum: *Solve reatum labii polluti.* Amplificatur per causam finalem in effectu: *Ut famulitui queant laxis fibris resonare miratorum gestorum.*

Διήγησις complectitur descriptionem Johannis Baptistae per rationes: 1. A nativitate miraculosa annunciatione per Angelum; cujus describitur. 1. adventus, à loci notatione: *Celso veniens Olympo.* 2. Expeditio & forma ab effectu: *Ordine promit, Te magnum fore nasciturum;* simul etiam nomen exprimit, & seriem vita gerenda promit. 3. A patris dubitatione, per diversa: Propter incredulitatem loquelâ destituitur, sed nato filio eandem recuperat.

II. A testimonio Johannis de praesentia Messiae, per effecta: qui subsilic in utero matris Elisabethae N. 13.

III. A vitæ ratione; quæ notatur partim à subiecto loco & adjuncto temporis, in causâ finali v. 17. *Antra deserti, &c.* partim ab enumeratione adjunctorum: v. 21. *Præbuit durum tegimen camelus h. e. vestitus fuit pelle cameli & strophio bidentis; potus, fuit aqua; cibus, mel silvestre & locusta.*

IV. A gestis, per Comparat. dissimilium: *Ceteri propheta de futuro vaticinati sunt Messia: sed Johannes Christum exhibitum indice digito monstravit ac præsentem.*

V. A sanctitate vitæ, per comparat. majorum: *Non fuit sanctior genitus hoc Johanne. αἴτιον ab effectu; Quia videlicet debuit baptizare Christum, qui abluit omne mundi peccatum.*

Δοξολογία ad totam SS. Trinitatem
est directa.

Explicatio.

v. 1. *V* *T* *queant resonare.*] *Moris semper fuit (quis non adfirmet, duce Dei Spiritu?) diversis modulationum formulis odas suas adaptare, includere, ac in publico ætu, magnâ instrumentorum varietate, decantâdas ordinare & dirigere: quemadmodum videre est Psal. 33, 1. 2. 3. Psal. 98, 5. 6. maximè Psal. 150. In N. T. perinde hortatur fideles Apostolus Paulus, ut piam cantionû*

Sym-

Symphoniam ament & lectentur, Ephes. 5.
19. *Loquentes inter vos mutuo Psalmis & hym-
nis & cantionibus spiritualibus, canentes ac psal-
lentes in corde vestro Domino.* Et Col. 3, 16.
& 1. Cor. 14, 17. Ad sunt deinde plurimorum
piorum exempla, qui Musicen Figuralem
reverenter tulerunt, nec abrogarunt un-
quam: quales post Davidem Salomon, E-
zechias, Josaphat, Josias, 2. Sam. 6, 5. 1. Para-
lip. 16, 16. & c. 26. 2. Paral. 20, 28. Nehem. 12,
46. Laudis quoq; suæ occasionem summā
in Musica latere, ipse Deus innuit, dum ho-
mini principia hujus artis indidit, & in eo-
dem vocem articulatam distinxit, sive ta-
lem efformavit, qualem nunc tollere & ele-
vare, nunc deprimere & submittere; nunc
ad laetos affectus exprimendos, nunc ad
maestos flectere homo; ejusq; beneficio di-
stinctos sonos in creatoris sui laudem ede-
re posset. D. Meisner. in Colleg. Adiaph.
disp. XI. §. 75. seqq. Confer Heiderum in
Polit. c. 1. p. 151. seqq. Finck. cent. 4. c. 34. Cæ-
terum notatu dignum hîc est, quod *Guido*
Aretinus, Musicæ peritiâ inter ævi sui primos
(sub Henrico III. Imp. vixit) sex Notas Syl-
labicas, senarii numeri perfectione delecta-
tus, introduxit: *UT, RE, MI, FA, SOL, LA:*
quas ex hymno hoc mutuatus est atq; tran-
stulit: *UT queant laxis RESonare fibris &c.*
Eryc.

Etyc. Putean. in Musathena c. 8. De eodem
Guidone ita scribit Johan. Trithemius, Ab-
bas Spanheimensis parte 1. Operum p. 262.
• *Guido*, monachus & Abbas canobii de Cru-
ce Sancti Leufredi, ordinis Divi patris Be-
nedicti, patriâ Aretinus, vir in divinis scri-
pturis exercitatus, atq; in secularibus disci-
plinis eruditissimus, Dialecticus & Musicus
insignis. In hoc etiam præferendus cæteris,
quòd ignotos cantus etiam pueri & puellæ
per ejus regulam in manu suâ facilius di-
scant per se, quàm per vocem magistri, aut
per usum alicujus instrumenti. Claruit sub
Conrado juniore Imp. anno Domini 1030.
Idem ferè habet part. 2. in Chron. Monast.
Hirsaug. p. 47. sub A. C. 1020. Lucas Osian-
der Epit. hist. Eccl. cent. XI. lib. 2. c. 1. sub
A. C. 1029. *Guido Aretinus*, Italus Monachus,
Musicus excellens, insignem libellum de
Musicâ scripsit: & Scalæ Musicæ autor esse
creditur. Mich. Prætorius T. 1. Syntag. Mu-
sici, parte 1. memb. 1. c. 4. p. 15. Claruit quoq;
in Italiâ *Guido Aretinus* sub Conrado II. &
Henrico III. Imp. Hic ignotos cantus bre-
vissimâ omnium viâ pueros docebat; omnia
ad varia instrumenta Musicorû applicans.
Sigebertus in Chronicis eum circiter A. C.
M. XXIIIX. vixisse scribit. Volaterranus lib.
21. De eo sic Cranzius lib. 4. c. 18. Metropol.

Guido

Guido per varias regiones proficiscens cor-
ruptam Musicam emendavit, & per flexu-
ras articulorum in manibꝫ cantum discer-
nere docuit; *Scalam* vulgò vocant. Hermā-
nus Archiepiscopus Hamburgensis & Elve-
ricus Olnaburgensis Episcopus ejus operā
usi sunt. Ex sapphiciis hemistichiis Hymni in
memoriam D. Johannis Baptistæ conditi
& hodie correcti (is hymnus ad raucedi-
nem pellendam olim adhibebatur, cum Jo-
hannes Baptista *vox clamantis* dicitur, cla-
mantium & canentium in cænobiiis tutela-
ris Deus crederetur pontificiā superstitione)
sex illas syllabas Musicales *UT RE MI
FA SOL LA*, ingeniosè scribitur desumis-
se: *UT queant laxus* &c. vide similia apud
Calvisium in Opere Chronolog. p. 614. sub
A. C. 1022. Bucholcer. in Indice Chrono-
log. sub A. C. 1044. Daniel. Pareum in hist.
profan. medullâ p. 666. sub Conrado. Pu-
teanus tamen, ἠυκόμων σκυτάλα μοισῶν,
γλυκὺς χρητὴρ ἀγαφθέγκτων αἰοιδῶν, Vo-
cum & Notarum illum numerum auxit, &
senis receptis comitem unam adjecit, ex eo-
dem nostro Hymno: *BI*.

Solve polluti laBli reatum.

Ordinem eundem servans: *UT, RE, MI, FA,
SOL, LA, BI*. ita ut Notæ sint septem & vo-
ces. In Musathenâ c. 8. & 9. quâ de vocum
Heptade

Heptade tamen judicent μασῶν καὶ μασσι-
κῶν παῖδες.

v. i. *Laxis fibris.*] Lingua movetur à
musculis, sursum deorsum, antroorsum re-
troorsum, & in latera dextroorsum sinistro-
sum: quibus fibræ sunt intertextæ. Bartho-
lin. lib. 3. Instit. Anatom. c. 13. Linguaq; usus
inter alia est, ut vocem explanatam distin-
ctamq; fingat ac moderetur, mentisq; ac
voluntatis nuncia sit: λαλιῆς μήτηρ καὶ ψυ-
χῆς ἄγγελος. Dresser. de part. corp. hum.
lib. 1. p. 51. γλωσσῶν Nonnus lib. 26. v. 262.
nominat σφῆς ὀχετηγόν ἰωῆς. Vide
Horapoll. lib. 1. c. 27. Ita autem & Pruden-
tius (quem autor hîc imitatus videtur) in
Romano v. 15. *Vox impeditos rauca laxabit
sonos.* h. e. Nebrissenſi interprete, *extendet,
quod erat contractum & impeditum. Fabric.
expediet, proferet. Laxa cutis,* apud Claudi-
anum lib. 1. in Eutropium, trahenda est ad
rugas seniles: *Jamq; aevò laxata cutis, sul-
cisq; genarum*

Corruerat passâ facies rugosior uvâ.

Petronius, *laxos crines*, delicati indicium
ponit: cum quo facit Prudentius, Peristeph.
5. v. 30. *Desflua cesaries compescitur ad breves
capillos.*

v. i. *Resonare.*] ἐνεργητικῶς hîc poni-

τις

tur, pro, extollere & deprædicare. Et ita
simplex usurpatur à Tibullo 1, 3. *Dulce so-*
nant tenui gutture carmen aves. Virgil. *eclo-*
ga 5. Rupes sonant carmina. Horat. 1. *serm.*
sat. 4. Os magna sonaturum. Virg. *ecl. 1. Reso-*
nant Amaryllida silva. Val. Flaccus lib. 4. v. 18.
Ille graves oculos & Hylan resonantia semper
Ora ferens. Aliàs enim neutrum est & ab-
solutè ponitur. Virg. *ecloga 2. Resonant ar-*
busta cicadis. Georg. 2. v. 328. *Aviatum reso-*
nant aribus virgulta canoris. Æneid. 5, 228.
Resonat clamoribus ather. Ovid. 3. *Metam. v.*
231. Resonat latratibus ather. Val. Flaccus lib.
1. v. 122. — *Cernit doctâ resonare bipenni litora.*
Et v. 618. — Conversaq; frontem Puppis in obli-
quam resonat. Prudent. *Apoth. v. 219. Carmi-*
na sanctorum resonant iam sola virorum. Ve-
nant. Fortunatus de resurrect. *Domin. v. 45.*
si tibi nunc avium resonant virgulta susurro.

v. 2. *Mira gestorum*] Ita Prudentius in
Romano v. 4. Fac, ut tuarum mira laudum
concinam. Est autem Græcismus in enalla-
ge adjectivi pro substantivo: ut, *Ardua mon-*
zium, & lubrica vallium, & roscida cespitum, &
glebosa camporum: Apulejus lib. 1. *Metam.*
& in *Apolog. Futura rerum presagire.* Horat.
4. *carm. 12. amara curatum, & acuta belli.* Vi-
de Vechner. lib. 1. *hel enolex p 43. seqq.*

v. 2. *Gestorum.*] Quæ illa sunt aut fue-
rint,

runt, patebit ex seqq. *Gesta* autem proprie dixit, cum illa sint magnarum rerum. Prudentius Cathemer. 9. v. 2. *Gesta Christi insignia.*

v. 2. *Famuli.*] vide ad Festum Purificat. v. 4.

v. 3. *Solve.*] Desumptum hoc verbum esse videtur ex Psal. 51, 17. Κύριε, τὰ χείλη μου ἀνοίξεις. καὶ τὸ σῶμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου : Domine, labia mea aperies : Et os meum annuntiabit laudem tuam. Unde D. Bernardus in Nativ. Joh. Baptiste : Labia mea aperi, Domine : ego enim labia mea non prohibebo Domine ; tu scisti. Bene enim omnia facis, Et surdos facis audire, Et mutos loqui. Paulinus carm. 19.

Nec tibi difficile, Omnipotens, mea solve dotis

Ora modis, qui muta loqui. fluere arida, solve Dura jubes.

Prudentius Cathemer. 9. v. 82.

Solve vocem mens senora, solve linguam mobilem.

Ubi consule Spiegelium.

v. 3. *Polluti labii reatum.*] Ex Esaiæ 6. 5. *Vae mihi! quia vir pollutus labiis ego sum, Et in medio populi, polluta labia habentis, ego habito.* Luther. Ich bin unreiner Lippen. Et mox v. 7. dicitur, postquam Angelus carbone ignito os Esaiæ tetigisset : *Ecce, tetigit hoc labia tua,*

&

& auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Westhemer. in Tropis Theolog. Labium pollutum vel impurum est, dum quisq; quod suæ carni probatur, loquitur. Unde Esaiæ 6. se & populum suum polluti labii esse confessus fuit, quòd non, ut Seraphim, Dominum collaudassent, sanctumq; celebrassent, Sophon. 1. Confer. Sandæum in Mariæ, gemma mystica p. 204. Paulinus carm. 24.

*O mibi fulmineâ Cherubim si forcipe sumtū
Carbonē ex ipsâ Domini procul adferat arâ,
Et peccatoris male pinguis labra perurat,
Ut defacato concrevis sordibus ore,
Non ut ab ore meo, sed ut auditoris ab ore
Ipsius hausta, meo depromam digniūs ore.*

Prudentius Psychomach. v. 718. *pollutam linguam*, sed alio sensu, dixit. Exod. 6, 12. dicitur, *incircumcisum esse labiis, vō vnbeschnittenen Lippen seyn.*

v. 3. *Solve reatum.*] Prudent. Cathem. 7. v. 173.

————— *Prona nam clementia
Haut difficulter supplicem mortalium
Solvit reatum, sicq; faulrix flentium.*

Et hymno XI. v. 103.

————— *Irritis
Plangens reatum fletibus.*

v. 4. *Sancte Johannes.*] Sanctorum & Martyrum recordationi ac memoriæ dies

B

&

& tempora peculiaria tribuuntur, quæ
γενέθλια seu *Natalitia* veteribus nomina-
bantur: quia per mortem in Christo ad ve-
ram sive eternam vitam eos introisse credi-
derunt. Horum festorum peragendorum
rationem rectam & justam tradit Basilus
in Asceticis c. 40. inquit: *Non decet Chri-
stianos in Martyrum memoriis ob aliam causam
comparere, quàm ut precentur, & ex commone-
factione Martyrum ad hujusmodi zeli imitati-
onem incitentur.* Idem modus colligitur ex
diversis precum formulis, quas non ad san-
ctos ipsos, sed ad sanctorum & Martyrum
Deum, ut Basilus ait in Psal. 114. placan-
dam adhibuerunt; qualis in primis hæc est:
*Concede Domine, ut, quorum gaudemus virtuti-
bus, eorum accendamus exemplis; & quorum
natalia colimus, etiam actiones imitemur, atq;
de eorum, in eternâ beatitudine, societate gau-
deamus.* Non alio ergo consilio & nos, a-
liave intentione tum feriamur, quando
sanctorum memoriæ aliquid elargimur,
temporis, quàm. 1. Ut semper in memoriâ
habeamus historias Ecclesiæ. 2. Ut confide-
remus testimonia de doctrinâ, prædicatio-
ne verbi ejusq; successu & conservatione
Ecclesiæ. 3. Ut Deum ob sui patefactionem,
præsentiam, beneficia, celebremus & glori-
ficemus. 4. Ut in fide stabiliamur, & conclu-
dam

damus: Sicut isti à Deo adjuti & exauditi sunt;
sic fore, ut & nos, Psal. 34, 7. 5. Ut fidem, con-
stantiam, exempla eorum imitemur. 6. Ut
vel ipsos ob dona concredita cum Siracide
laudemus. Minimè verò ut illos adore-
m⁹ invocemusve, ossa osculemur, reliquias
veneremur; quod Pontificii à nobis postu-
lant; cum tamen mandato, verbo promif-
sionis & exemplo tum è Veteri, tum Novo
Testamento destituti sint. D. Meisner. in
Colleg. Adiaph. disp. XI. §. 50. seqq. Finck.
cent. 4. c. 55. Lobeck. in August. Confes.
disp. 23. §. 25. seqq. & §. 45. seqq. Himmel. in
Anti-Majero disp. 9. §. 3. Honores igitur
Sanctorum probamus, sed ex fundamentis
Scripturæ; habentes nimirum memoriam eo-
rum sanctam, Psal. 112, 7. Prov. 10, 7. Sirac. 45,
1. & 46, 12. & in precio nomen, sanguinem &
mortem eorum, 1. Reg. 18, 30. Psal. 72, 14. &
honorificè secundum scripturam de illis
sentimus, eò modo, quò Servator noster me-
moriam Patriarcharum celebrat, Matth. 22, 32.
Joh. 8, 39. 40. 56. & memoriam Johannis Ba-
ptiste & viventis & mortui honorificè predicat,
Matth. 11, 18. Joh. 55, 33. 35. & fideles ejusdem
Johannis, etiam post mortem, honestam
mentionem faciunt, agnoscentes eum fuis-
se Prophetam, non humanâ, sed divinâ au-
toritate missum. Lobeck. ibid. §. 39. Ado-
rati-

rationis verò cultus Sanctis minimè debe-
tur. Scriptura enim unum Christum pro-
ponit Mediatorem, Propitiatorem, Ponti-
ficem, Intercessorem, advocatum, qui sit in-
vocandus & exauditionem promittit. 1. Ti-
moth. 2, 5. *Unus est Mediator Dei & hominum,*
Homo Jesus Christus. Sed nemo Angelo-
rum, sanctorumve hominum, est ille Jesus
Christus. E. nemo Angelorum & homi-
num ut mediator & intercessor à nobis est
invocandus. Joh. 14, 6. *Nemo venit ad pa-
trem, nisi per me.* Lobeck. ibid. θ. 55. 59. 60.
Confer D. Finckium in Analyfi Aug. Con-
fess. p. 55. & 162. & quæst. illust. sylloge, q. 22.
Gerhard. T. 8. de morte θ. 430. & seqq. Him-
mel. ibid. fusiùs: & in Colleg. Anti-Leoni-
no disp. 7. θ. 12. & 25. Qui verò propriè di-
cantur *Sancti*; docet loco dicto Lobechius
θ. 11. seqq. Himmel. in Anti-Majero θ. 19.
seqq.

v. 4. *Johannes.*] Ita sæpenumero prima
corripitur à poëtis Christianis, quando
Ἰουδαίως ponitur. Arator lib. 1. hist.
Apost.

Sæpe sibi socium Petrus facit esse Johannem.
Paulinus carm. 5.

————— *Deus ipse profectò,*
Qui nasci jubet, hūc idem jubet esse Johannē.
Et ibid. aliquoties. Carm. 26.

Sic

Sic dedit Andream Patris, Ephesog³ Johannē.

Carm. 24.

Hic & præcursor Domini & Baptista Johānes. Atq; sic & alii alibi. Vide Joh. Bapt. Pium annot. post. c. 155. T. I. Crit. p. 540. Nomen autem Johannis sonat idem, quod gratiosus, id est, in quō est gratia; plenus gratiā, seu Domini gratia, vel Domini donum aut misericordia. Galatinus lib. 12. de arcanis Cathol. Verit. c. ult. Johannes, inquit, gratia Dei interpretatur. Vide Bosquierum p. 864. seq. Hebræum est Jochānan à Chānan, gratiā affecit, in gratiam recepit, benefecit. Vide Avenar. Lex. Hebr. n. 484. Utrumq; ergo, Johannes & Joannes, toleratur. Illud ex Hebræā origine; hoc ex Græcā & quidem propiori. Beerman. Orig. p. 411.

v. 5. Nuncius.] i. legatus, Angelus, ἄγγελος, ab ἀγγέλλειν, nunciare, annunciare. Estq; Angelus officii nomen, non nature: teste Ambrosio in c. 1. Lucæ. Prædicta verò miraculosè conceptio & nativitas Johannis patri Zachariæ fuit à Gabriele, Lucæ 1, 13. Considera igitur hominem, angelico promissum Oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in utero: inquit Bernhardus in Serm. in Nativ. Joh. Baptistæ, p. 216. Dicitur etiam Apostolus, Isidorus Tract. dedicat. Basilicæ Concilii Martyrum: Uno testimonio Salvatoris

beatissimus Johannes Baptista, & Angelus & Apostolus & Prophetapracipuus declaratur. Verus enim Dei est Angelus, qui praecursor & nuncius Christi est. Verè Apostolus, qui missus à Deo est. Destinatus enim nuncupatur Apostolus. Confer Barthium lib. 43. Adverf. c. 8. & ad homil. Galli Confessoris, p. 112.

v. 5. Celso Olympo.] Scaliger lib. 1. de caus. L. L. c. 26. Quod ajunt, A in Y. apud Graecos verticeo exemplo, ὄλυμπος, quasi ὄλυμπος, ὄλυμπος, falsi sunt. Est enim ὄλυμπος, ὄλυμπος, montis nomen ob altitudinem: quem cum ascenderent, interrogati quid irrent, dicebant, in caelum; unde caelo communicata vox. Claud. Mar. Victor in Genes. lib. 3. v. 13.

Aetherio tum mox ignis demissus Olympo.
Ibid. v. 185.

————— *Donec pingentia caelum*
Sidera, & excelsi convexa attingat Olympi.
Quanta verò caeli sit altitudo & à terris distantia, tractant Astronomi. Consule Theodoretum Græc. affect. term. 1. Christoph. Clavium in cap. 1. Sphaerae Johann. de Sacrobosco. Joh. Bodin. in Naturæ theatro lib. 5.

v. 6. Patri.] Zachariae. Synecd. generis. *Zacharias* autem significat idem ac *re-*
corda-

cordatio Dei; idq; tam *active*, quòd videlicet Zacharias Dei semper fuerit recordatus; quàm *passive*, quòd Deus itidem Zachariæ recordatus & non oblitus fuit. D. Himmel. in Postillâ Academicâ p. 537.

v. 6. *Magnum fore nasciturum.*] Lucæ 1, 15. Matth. 11, 11. *Non surrexit inter natos mulierum major Johanne Baptistâ.* Quòd repetens B. Macarius homil. 28. p. 385 ait: ἀληθῶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ἔδεις μείζων Ἰωάννης τῆ Βαπτιστῆ. πλήρωμα γὰρ πάντων τῶν προφητῶν, &c. Cur autem *major inter natos mulierum dicatur*; explicat Isidorus Pelusiota liq. 1. ep. 33. *quia, inquit, ex ipso materno ventre vaticinatus est, atq; in tenebris abditus & occultatus, Lumen, quod venerat, minime ignoravit.* Hoc autem nomine *Prophe- tas antecellit, quòd eum quoq; qui prædicebatur, in carne conspexit: quem Patriarchæ omnes ac Prophete per somnia quidem aut visiones quoquo modo informarunt, re ipsa autem atq; oculis perspicere minime potuerunt.* Vide eundem ibid. ep. 68. & D. Gerhardum T. 6. de Ministr. Eccles. 20. Hinc appellatur *Elias*, Matth. 11, 14. idq; *per metaphoram*: quia ex simili in Eliâ significatur simile, ratione officii, spiritus & virtutis in Johanne; quemadmodum parentibus prædixerat Angelus Lucæ

1, 17. Notum enim erat discipulis, cum Christus diceret, Johannem Baptistam esse Eliam, non loqui eum de identitate eorum secundum personam: inquit Tostatus. Hinc Johannes negat, se esse Eliam, Joh. 1, 25. Quod conciliaturus Gregorius dicit: Quod Dominus fateretur de spiritu, hoc Johannes de personâ negat. Ita & Goclenius in problem. Rhet. q. 63. Johannes est Elias, non ὡς πρόξενος, sed virtute & spiritu: Metaphoricè igitur. Ad. & Joh. Philipp. Paræum lib. 1. Rhet. c. 27. & 34. itemq; Finckium cent. 1. c. 14. Chemnit. in Harm. Evang. c. 56. p. 75. Petrum Cunaum de Repub. Hebræor. lib. 3. c. 7. In hymno alio, in natalem Joh. Baptistæ, qui Phil. Melancthoni adscribitur:

Nec Pharisei spiritum

Fregerunt ingentem viri;

Elias alter hic fuit,

Hypocritas dum arguit.

v. 6. *Magnum.*] De hac magnitudine legatur Bosquierus p. 858. & seqq. Franc. Labata in Appar. Conc. p. 667. seqq.

v. 7. *Nomen.*] Lucæ 1, 13. seqq. Bosquier. ibid. p. 864.

v. 7. *Seriem.*] Isidor. Orig. 1. c. 4. *Series dicta per translationem à sentis florum invicem comprehensorum.* Est igitur continuata deductio,

ductio. Sic series rerum, pro recensione, apud Solvianum præfat. Prudentius Romano v. 1113. *Seriemq; tanta digerens Tragædia.* Et Apoth. v. 1070. *Sursum versus agit seriem.* i. retrò numerat. Venantius Fortunatus lib. 9. carm. 7.

*Corde jucundo, calamo venusto,
Litteras mittis, cupiente voto
Blanda conscribens serie salutis
Care Georgi.*

Claudianus Mamertus: *Sed ut quisq; lecturus è præfatione præcipiat stili nostri seriem.* Claud. Mar. Victor in Genesi lib. 1. v. 21. *Temporaq; in seriem bene conditus ordo redegit.* Cætera exempla ibidem in Indicem congeffi. Val. Flaccus lib. 2. v. 218. *Quæ se aperit series?* Ovid. 2. Pont. 7. *Series malorum.* Prudentius Cathem. 3. v. 44. *plumigeram seriem,* dixit aves, quæ gregatim & ex serie volât ut grues: interprete Nebrissensi.

v. 7. *Vita gerenda.*] *Vitam gerere,* rarò est obvia locutio. Suetonius in Domitiano c. 1. *Pubertatis ac primæ adolescentiæ tempus tantâ inopiâ tantaq; infamiâ gessisse fertur, ut nullum vas argenteum in usu haberet.*

v. 8. *Promit.*] *Promere,* hîc est, eloqui, palam facere. Plinius panegyri. *Jubes, quæ sentimus, promere in medium.* Lucejus ad Cicer-

B | cero-

ceronem lib. 5. ep. 14. *Animus eruditus, qui
semper aliquid promat, quod alios delectet.* Val.
Flaccus lib. 6. v. 41. *Ergo duces solasq; Dea, mi-
hi promite gentes.* Ita & Paulinus carm. 7.

—— *Tali depromit voce loquelam.*

v. 9. *Ille promissi dubius.*] Lucæ 1, 20.

v. 9. *Superni.*] Vide ad hymnum Na-
talitium Christi v. 1. Quibus addantur & hæc
exempla. Prudentius Peristeph 6. v. 39.

*Omnicolor vitreas pictura supernè tin-
guit undas.*

Ibid. hym. 10. v. 26.

Carcer provehis ad superna cali.

In Romano v. 10: 6.

Tabulis supernè strata texunt pulpita.

Lib. 1. in Symmach. v. 304.

Ipse ignis ———

*Vulcanus perhibetur, & in virtute su-
perna*

Fingitur.

v. 10. *Perdidit.*] i. amisit loquelam: *nullus ei vocis ademptæ usus erat: ut loquitur
Sannazarius lib. 2. de partu Virg.*

v. 10. *Perdidit*] Perdere, pro amittere.
Ita Propert. 2, v. 33. *perdere verba. i. loquelâ
privari.* Seneca Hippol. v. 440.

—— *Perdere est dignus bona,
Queis nescit uti.*

Plant.

Plaut. Curc. 4, 2. Rem fidemq₃ perdere. Et Amphit. 1, 1. Ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidici? Terent. Hecyra 3, 1. Hancine ego vitam parsi perdere? Isidorus Pelusiota lib. 1. ep. 131. Zacharias obmutuit, quia τῷ τύπῳ τῆς ἐκείνης σιγῆς ἢ τῶ νόμῳ ἐδηλώτο σιωπῆ, silentii ipsius typo legis silentium indicabatur. Vel, ut loquitur ibidem epist. 257. ὅτε ἡ τῶ εὐαγγελίᾳ σοφία ἐξέλαμψεν, ἡ τῶ νόμῳ παιδαγωγία ἐχόλασεν. ἔτω κωφεύει Ζακχαρίας, τὰ τῶ νέᾳ καὶ παραδόξῳ ἀσπασμῷ ἀκηκοῶς εὐαγγέλιου: Cum Evangelii sapientia effulsit, legis institutio puerilis munus suum exercere desit. Sic nempe usum vocis amittit Zacharias, postquam nova atq₃ admiranda salutationis letum nūcium audivit.

v. 10. Prompta loq.] i. expeditæ. Ita, Promptus linguâ, dixit Livius lib. 2. Ovid. 4. Fast. v. 308. — ad rigidos linguaq₃ prompta sonos. Cicero de claris Orat. Prompta & parata in respondendo celeritas. i. De Orat. Facilis & prompta responsio.

v. 11. Reformavit.] i. restituit, reddidit. Rectè hinc Prudentius in Romano v. 951.

Habet usitatum munus hoc Divinitas,
Quæ vera nobis colitur in Christo &
Patre,

Mutis loquelâ, percitum claudis gradû,
Sunt

Idem Apoth. v. 302.

*Hæc fore, cum veterum cecinissent or-
gana vatum.*

Dicitur ὄργανον ἢ ἔργον, ab ἔργον opus,
ad quod omne instrumentum necessario confertur.
Aristot. i. de part. animal. c. ult. πᾶν ὄργανόν
ἐστὶν ἐνεκά τῃς. Plutarchus lib. de util. ex
hoste percip. omnium artium ὄργανον, instru-
mentum, esse ignem dixit. Et Augustinus 4. de
C. D. c. 10. Vulcanum cooperarium vocat Mi-
nervæ, quæ ἐργαία dicitur, operaria, quod
Deus sit instrumentorum, sine quibus artes
illæ, quibus præsidet Minerva, non exerce-
antur. Vide Pausan. lib. 1. p. 42. lib. 3. p. 193.
Et lib. 9. p. 581. πλεῖστον Ἀθηναίων τῷ Ἐργαίῳ
Παρηγηκότῃ scribit, Plutum Minervæ Er-
γανæ adfistere. Cæterum Organa quoque Mu-
sica sunt, qualia hodie in templis videntur,
& pneustica sunt atque follibus inspirantur:
de quibus Prudentius in Apotheosi v. 457.
Organa disparibus calamis quod consona mi-
scent. Meminit ibidem quoque v. 216. Et in
Hamartig. v. 461. mystica organa frangere,
dixit. De illis ipsis vide Mich. Prætorium,
Syntag Musici part. 1. memb. 4. c. 8. p. 108.
& c. 14. p. 139. Barth. lib. 44. Advers. c. 9. Il-
la hunc ad modum describuntur à Julio
Nigrono Orat. 2. n. 24. Usitata sunt in tem-
plis

plis Christianorum à primis seculis propagata
religionis ad excitandos animos nostros in divi-
nas laudes. & gratiarum actiones, instrumenta
quaedam Musica, quae vocabulo Graeco. Latini-
tate à bonis autoribus donato, passim Organa no-
minantur. Aenearum fistularum seriem recta-
rum continet id instrumentum, quae numero im-
pares, ac longitudine ita sunt disposita, ut per tu-
bos item aeneos aut ligneos inslentur spiritu; qui
follibus ingentibus collectus valentissimi operarii
brachiis ad fistulas transmittitur: tum ictibus
digitorum manu utraq; Magistri scientissimi
prudenter huc atq; illuc errans flatum immode-
rate profusum, opercula foraminum vel abdu-
cens vel inducens, ut ferè fit in tibus, ex arte mo-
deratur: quò fit, ut, quod per se inconditè maxi-
mè resonaret, & prope mugiret, jucundum auri-
bus cantum acutis, gravibus, mediis sonis musicè
temperatum edat, quo templa tota festis diebus
alacritate quadam & susvitate complentur.
Confer eruditissimum Buchnerum ad hy-
mnum Venantii de resurrect. Domini v. 29.
Pylydor. Virgil. lib. i. de rerum inventor.
c. 15.

v. 13. *Obstruso.*] i. clauso. Prudentius
Peristeph. 2. v. 05.

— Os obstrudite,
Ne plura jactet improbus.

Statius

Stattus 3. Theb. v. 658. *obstrusa semina rerum*
dixit.

v. 13. *Filius.*] Lex Pedia non semper
Christianis observatur poetis; uti nec in
hoc hymno, v. 4. & 30. *Johannes.* hic *Filius.*
v. 31. *debut.* v. 33. *Gloria.* v. 35. *Spiritus alme.*

v. 14. *Regem.*] *Christus REX* appellatur
in V. & N. T. In Veteri: ut Ps. 2, 6. ubi Domi-
nus ita loquitur: *Ego constitui Regem meum*
super Sion montem sanctum meum. Ps. 45, 2. &
7. *Dico ego opera mea Regi; si des tua Deus in*
seculum seculi, virga directionis, virga regni
tui. Zach. 9, 9. Osee 3, 5. In Novo Matth.
2, 2. *Magi quærant Hierosolymis, ubi sit na-*
tus Rex Judæorum. Inde & regnare dicitur
& regnum habere, Jerem 23, 6. Dan. 2, 44. 1.
Cor. 15, 25. Lucæ 1, 33. *Est igitur Christus Rex*
æternus, cujus potestas nunquam est desitura,
Dan. 7, 14. *cujus regnum non habet finem,* Lu-
cæ 1, 33. *Est Rex æcumenicus, qui dominetur à*
mari usq; ad mare, Psal. 72, 8. *Unde Rex super*
omnia dicitur, tam in hoc quàm in futuro
seculo, Ephes. 2, 21. vide Meisner. Christo-
log. sacre disp. 49. & in Meditat. Evang. p.
339. & 340.

v. 14. *Senserat.*] Id quod ostendit, dum
subsiluit in utero matris, Lucæ 1, 44. Atq;
hec exultatio facta est divinitus in infante, non
humanitus ab infante: ut ait Augustinus
epist.

epist. 57. ad Dardamum de præf. Dei. videas-
tur Bernhardus serm. de nativ. Joh. Bapt. p.
216. Hymnus in festo Visitat. Mariæ.

*Sacri junguntur uteri,
Milesq; sui Domini,
Præsentiam dum agnoscit,
Tripudiando suscipit.*

Et alter Natalitius :

*Quem matris alvo gestiens
Clausus Johannes senserat.*

Gestiens (inquit D. Finck. cent. 4. p. 310.) non
modo & more naturali, id quod vel Græca
VOX ἐσκήρτησε indicat, sed *gestiens cum tripu-
dio* & ἀγαλλιάσει, qualis & credentium pa-
tri assignatur, Johan. 8, 56. Imò, ut ulterius
scribit p. 326. Ex eò, quòd *Johannes gestit ad
auditam salutationis vocem*, duo docemur:
primum, ubi Christus, ibi verum & solidum
esse gaudium: alterum, infantes etiam fidei
motuum capaces esse. Et quod in Johanne
factum est extraordinariè, id in baptismo
fit ordinariè & mediatè à Spiritu sancto, per
hoc salutare medium, Baptismum nempe,
tanquam *per puerperam regni cælorum*: ut ele-
ganter vocatur à Luthero T. 3. Lat. p. 157.
Finck cent. 1. c. 29. & in *Meditat. in penteco-
sten* q. 18. Confer Lobech. disp. XI. §. 90. seq.

p. 14°

v. 14. *Thalamo.*] Ita in hymno Ambrosii, de adventu:

Procedens de thalamo suo;

Pudoris aula regia.

Thalamus, uterus Mariae fuit: inquit glossa in Psalmodia Loffii.

v. 15. *Parens nati uterq.*] Zacharias & Elisabetha.

v. 15. *Dubiis abdita pandit.*] Hæc de nominis impositione intelligenda. Vide Lucæ 1, 60. seqq.

v. 15. *Abdita.*] *Abdere*, abscondere. Tibull. 1, 2. *Blandaq. compositis abdere verba nostris.* Eleg. 4. *Quale bonum multis abdidit ille malis.* El. 5. *Abdita quæ senis fata canit pedibus.* El. 6. *Cum tenues hamos abdidit ante cibum.* Plinius lib. 3. ep. 10. *Quod majus est sine premio æternitatis, sine premio gloria, abdere lacrimas, operire lactum, amissog. filio matrem adhuc agere.* Prudentius Cathem. 9. v. 79. *Sol refugit, seq. mærens abdidit* Ibid. 10 v. 161. *Anima gremio senis abdita sancti recubabit, ut illa Lazari.* Et 12. v. 19. *Stella nubis occursum abdita.* Peristeph. 2. v. 114. *Costarum abdita.* Ibid. 3. v. 344. *cordis abdita.* Et v. 541. *abditis plena sanctis Roma.* Hym. 5. v. 51. *Antra abditis reposita.* Hym. 9. v. 38. *Virgo, abdita rure & ab urbe procul.* In Romano v. 449. *animam intus abditam rimam*

ri. Apoth. v. 812. *abditā lethi.* Et v. 839. *Abde-
negatores Christi, nemo incidet, abde.* Hamar-
tig. v. 539. *pectoris abditā.* Et v. 901. *abditā
corporeis oculis cernere.*

v. 16. *Pandit.*] *Pando* potest esse à *pa-
teo*, quod à *πετώ*, *pando*, *aperio*. Ono-
mast. *Pando*, *πετίζω*. Est enim *pando*,
patere facio. Glos. *Pando*, *ἀνοίγω*, *σαφην-
ύίζω*, *ἀναφέρω*, *φανερώ*. Manilius lib. 1.

— *Æthercs per carmina pandere sensu.*
Claudianus lib. 1. de raptu v. 25.

*Vos mihi sacrarum penetralia pandite
rerum.*

Cl. Mar. Victor præf. v. 109.

Inclita legiseri jam pādito scrinia Mosi.
Lib. 2. v. 289.

*Cui sic sancta Deus pandens arcana re-
velat.*

Et lib. 3. v. 614.

Arcanum pandēte Deo, causamq; docēte.
Prudent. Peristeph. 9. v. 63. *Quam plaga pan-
dat Eoa polum.* Et 2. in Symmach. v. 93.

*Pandere vestibulum veræ ad penetralia
sectæ.*

v. 17. *Antra deserti.*] Matth. 3, 3. Lucæ 3, 4.
Johan. 1, 23. Hic verò Pontificii adserunt ex
Matth.

Matth. 3, 4. & Lucæ 1, 18. Johannem Bapti-
stam primum Monachum Nov. Testamenti
egisse, quia fuerit in deserto. Quâ de quæ-
stione vide D. Christian. Matthiam lib. 3.
Syst. Eth. p. 234. seqq. & confer Gerhardum
T. 5. de Eccles. 8. 281. Seber. in Psal. V. poeni-
tent. p. 416. seq. Brochman. Syst. Th. T. 2. de
Minist. Eccles. c. 2. q. 1. 16. & 20.

v. 18. Civium turmas fugiens.] Luc. 1, 80.
Paulinus Carm. 5.

*Tecta igitur sancti, quanquam immacu-
lata, parentis
Deserit, ac turbas hominũ ceterq; nocentes
Effugit, ac solas loca tendit ad invia ter-
ras,
In queis se tantũ mens impolluta videret
Liberaq; à curis sacra ad præcepta vaca-
ret.*

Prudentius Cathem. 9. v. 61.

*Põst in patentes ille solitudines
Secessit, horrens inquinari ac pollui
Contaminatis oppidorum moribus.*

Inde Chryostomus de Johanne, homil. 10.
in Matt. ἀγγελικὸν ἕνα βίον ἐν τῇ σαρκὶ τῆς
τῆς ἐπεδείκνυτο, angelica quaedam vita in car-
ne mortali resplenduit.

v. 18. *Turmas.*] Varro *de LL.* *Turma*
terma est: & in V abrit: quod terdeni equites
ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnium, &
Lucerum fiebant. Virg. *5. Aeneid.* v. 550. *Du-*
cat avo turmas. Ad Lipsium lib. 2. *De Mi-*
lit Rom. Dial. 6. Hic denotat populi multi-
tudinem & civium commercia, per trans-
lationem. Prudentius *Psychomach.* v. 14.

Ipsē salutiferas obfesso in corpore turmas
Depugnare jubes.

Et 2. in *Symmach.* v. 585.

— *Luēt atq; multum*

Relligio, infestas tētauit pellere turmas,
Romanis obnixa globis.

Ibid. v. 699.

Jamq; ruens Venetos turmis prostrave-
rat agros.

V. N. ad *Valer. Flaccum* lib. 5 v. 611.

v. 18. *Petisti.*] *Petere locum aliquem, est,*
ad eū proficisci: Meton. & Synecd. Id enim
est ex animo eum obtinendi. *Seneca Herc.*
Fur. v. 89. *Cœlitum sedes pete.* Et v. 1321. *Quem*
locum profugus petam? Alia loca & exempla
notavi ad *Val. Flaccum* lib. 1. v. 24. & ad *Ho-*
ratii oden XVI. *Epod.* v. 42.

v. 19. *Ne levi saltem.*] *Sand. in Mariā,*
Gemma mystica p. 399.

v. 19. *Maculare.*] *Prudent. Apoth.* v. 69.

Ne

Ne dirarelatu

Dogmata Catholicam maculēt male pro-
dita linguam.

Columbanus Carm. 5 v. 139.

Invidia maculat famam mala pestis ho-
nestam.

Virg. 10. Æneid. v. 850. *Idem ego, nate, tuum*
maculavi crimine nomen. Cicero de harusp.
respon. c. 13. *Quo minus castissimos ludos omni*
flagitio pollueres, de decoreq; maculares.

v. 20. *Famine.*] h. e. ne levi quodam o-
cioso verbo Deo displiceres & aliquo mo-
do vitam maculares. Franc. Labata in Ap-
par. Conc. p. 672. Hesych. *Famina* Φήματα,
φήματα, Φέσηματα. Papias: *Famen* à for-
dicitur, & est locutio. Onomast. *Famen*,
Φάτις. Βάξις. Columbanus carm. 5.
v. 183.

Nō erit innocuus falso per famina testis.
Ibi Goldastus adducit in Notis Waldram-
mum ad Dadonem:

— *Cum mutua famina famur.*

Ibid.

Cælum, terra meant; Sed firma hæc fa-
mina perstant.

Et carm. 3.

Hæc eadē posuit prædicto famina scriptor.

C 3

Tncq-

Theodolphi Episc. Aurelianensis in paræn.
ad iudices v. 630.

*Sic nocitura sibi dū promit famina talis,
Figitur heu! jaculo mox miser ipse suo.
Hinc est Affamen. Iuvenus lib. 1.*

— *Ecce meo gaudens in viscere proles,
Exultat, Maria cum prima affamina
sensit.*

v. 21. *Præbuit durum regimen camelus.]*
ἔνδυμα αὐτῆ ἀπὸ τερχῶν καμήλης. Matth.
3, 4. Marci 1, 6 Isidor. Pelus. lib. 1. ep. 74. Ve-
stis nempe ejus exinde erat confecta. Clavis
Script. p. 1192. In Oriente autem tenuiores
homines vestiebantur panno contexto ex
pilis camelorum: ut scribit Strigelius ad c.
3. Matthæi. quod Hispani Chamelote, Ger-
mani Schamlosh appellant. Danhaw. in
Idea boni disp. l. 2. art. 7. Paulinus carm. 5.
de Joh. Bapt.

*Vestis erat curvi satis conferta cameli,
Cōtra luxuriam molles duraret ut artūs,
Arceretq; graves cōpuncto corpore som-
nos.*

Prudentius Cathem. 7. v. 62.

*Amictus birtis bestiarum pellibus,
Satis ve tectus, hispidâ & lanugine.
Vide Chrysof. homil. 10. in Matth. Hieron.*

I. 1.

T. 2. p. 73. Ambros. serm. 66. Cl. Alexand.
pædag. 2. p. 88. D. Franzius in historiâ sacrâ
animal. p. 60. de vestitu Johannis Baptistæ
hanc ad faciem commentatur. Ipse suum
Johannes habebat Vestimentum de pilis
camelorum, & zonam pelliceam circa lum-
bos suos. *Questio ergo oritur gemina: 1. De
materiâ ipsius vestis. 2. De formâ externâ. De
materiâ idèò queritur, quòd camelus partim
significat animal; partim verò funem nau-
ticum, qui fit ex lino crasso. Ergo 1. aliqui
existimant, materiam vestis Johannis pilos
fuisse cameli, sicut & fiunt nostra cilica ex
pilis caprarum. Talis autem vestitus olim
erat signum pœnitentiæ; & sic non malè
quadravit vestis ad ipsam vocationem Jo-
hannis, qui erat præco pœnitentiæ. Philip-
pus existimare solitus fuit, vestem illam fu-
isse factam partim ex pilis hujus animalis,
partim ex lino, sicut solent esse vestimenta
nostra subserica & undulata; qualibus mix-
tis Judæi non audebant uti, Deut. 22. Sic
etiam quadrasset vestis ad officium Johan-
nis, qui debebat prædicare abolitionem le-
gis, & conversionem gentium atq; Judæo-
rum ad unum Dominum: & ut significare-
tur, sacerdotium Novi Testamenti non cõ-
sistere in vestitu. 2. Alii verò existimant, tu-
nicam Johannis contextam fuisse ex lino.*

crasso, ut est nostra canabis, idq; etiam monachi Johanni voluerunt imitari. Verisimilior autem est sententia *κατὰ τὸ πρῶτον*, quod ex pilis camelorum solis tacta fuerit. Deinde de formâ ideò queritur, quod Elias, quem postea expressit Johannes in suo officio, 2 Reg. 1, 8. dicitur fuisse vir pilosus & gestasse vestem pelliceam, quâ posset muniri contra vehementiam aëris; quia plerûq; versabatur sub dio & in deserto. Similem igitur vestem vesti Eliæ gestavit Johannes. Malè autem pictores nostri Johannem camelinae cuti involutum, quali satyrum quendam, exprimunt. E si verò Hebr. 11, 37. dicuntur veteres sancti fuisse circumvagati in ovillis & caprinis pellibus: Tamen hoc non de formâ, sed de vilitate materiae intelligendum esse, expresso Eliæ exemplo convincimur. Hæc Franzius. adde Casaubonum in Exercit. Sac. 13. n. 8. [De meliore, Eliæ pallio sive veste, lege Rosweidum ad Paulinum p. 821. seq.]

v. 21. Tegimen. Beerman Orig. A *teclum*, sic tegimen; ut à rego *rectum*, regimen: post Tegmen. Est verò vox admodum generalis, ut Origo docet. Ovid. 3. Metam. v. 53.

— Tegimen direpta leonis
Pellis erat.

v. 21. Camelus.] De Camelo multa colle-
git Franzius loco dicto. Adde proverbium
ex Matth. 23, 24. διυλίζειν τὸν κώνωπα,
τὴν δὲ κάμηλον καταπίνειν, *Excolare culi-
cem, camelum autem deglutire*, apud Zehne-
rum cent. 4. ad 87. Et alterum ex Matth.
19, 24. Lucae 18, 25. *Facilius est camelum per
foramen acus transire*: apud Zehner ibid. ad.
86. & And. Schottum in adagialibus sacris
p. 49. 50. 56. Becman. de usu Logicæ p. 104.
Danhaw. in idea boni interpretis p. 145. &
257. Item. *Pro camelo sarcina*: apud Drusium
adag. Hebr. decur. 5. n. 11. Est autem ani-
mal bisulcum Camelus, δίχνηλον, discrimine
exiguo: pes unus vestigio carnosus, ut urso: quæ
de causa in longiore itinere sine calciatu fati-
sunt. Plin. lib. XI. c. 45. Solin. polyhist.
c. 49. Plinius genera foemneo Camelos u-
biq; vocavit, ut testantur libri veteres, in
quibus legitur: *Camelos inter armenta pa-
scit Oriens, quarum duo genera, Bactriana &
Arabica. Et mox: Illæ bina habent tubera in
dorso, hæ singula. Et paullo post: Utrunque
rabiem & ipsæ sentiunt. Ita Græci τὰς κάμηλους
dicunt, ut Synesius epist. 113. ἡ κάμηλος,
καὶ ψωλιῶσα πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορ-
τία. ubera in Camelis Græci κυρτώματα*

C S

& τύο

& τύλος vocant; unde δῖτυλοι dictæ, quæ
bina habent tubera. Aristoteles ὕβρις. un-
de vox Latina gibbus, Æolico γύβος. Petu-
men, antiquis Romanis. Servius in tauris
Cypræis gibberibus ὕβρον, interpretatur
petimen; alii ulcus in humeris jumentorum
expromunt. Cl. Salmas. in Exercit. Plin. p.
986. ubi videantur plura.

v. 22. *Strophium.*] Ζώνη δερματίνη
intelligitur. Cinctus enim vel cingulum
hic denotat, Ζώνην τρογγύλην. (Salmas.
ibid. p. 371.) Suidas: σρόφιον, τὸ τρογγύ-
λον Ζωνάριον: *strophium, teres zona.* Est
ὑποκορητικὸν ἅ σρόφον, quod est aliquid
contortum; ut funis, corona. vide ad Pru-
dentium p. 12. 138. 802. Paulinus carm. 5.

Hunc vilis rigidos ad lūbos zona ligabat.

v. 22. *Bidentes.*] Dictæ sunt vel quasi
bidennes, quòd bimæ, id est, duos annos
habentes oves ad hostias adhiberentur: vel
quòd hac ætate duos dentes altiores habe-
rent, ut Agellius testatur. Ovid. 15. Metam.
v. 575.

————— *Maestatarumq; bidentum,*
Quid sibi significent, trepidantia con-
sulit exta.

2. Fast.

1. Fast. v. 70.

Inq̄ Jovis summâ ceditur Arcē bidens.

Val. Flaccus lib. 2. v. 431.

— *Agens lectas auratâ fronte bidētes.*

S. Orientius in Commonit d. 62.

*Hirtaq̄ lanigera depectens terga bidētis,
Mollibus involucris algida membra
regis.*

Theodolus Episcopus in Eclogâ,

*Cujus erat studium, pelles tondere biden-
tum.*

Prudentius præfat Hamartig. v. 7.

Fœtum bidentis immolare.

Insuper bidens etiam pastinum, ferramen-
tum bifurcum, ligonem, significat; qui sic
dicitur â duobus dentibus, δικέλις ἀκέλις,
moveo. Aristophanes in Pace v. 568. *τρίαι-
νδρον τῆ δικέλι τὸ γήδιον, agellum ligone mo-
vere.* Columella: *Bidente vertitur solum.*

Virg. 2. Georg. v. 355.

Duros jac̄tare bidentes.

Ovid. 4. Fast. v. 712.

Seu curva falcis, sive bidentis erat.

Et v. 945.

*Sarcenla nunc durusq̄ bidens, & vomer
aduncus,*

Ruris

Ruris opes, niteant.

Tibull. 1. 10.

Pace bidens vomerq; vigent.

Et 2. 3.

Versarem valido pingue bidente solum.

Est autem *bidens* ab *ovium*, & integre *bidens* *raſter*: Sicut *bidentes* *raſtri*, & absolute *bidentes*. Vide *Salmaſium* in *Exercit. Plin.* p. 515.

v. 23. *Latex*.] *Latex*, quilibet humor, dictus, quod intra aliquid lateat. Species pro genere, id est, aqua. *Prudent.* *Cathem.* 3. v. 104.

Prataq; multicolora latex

Quadrifluo celer amne rigat.

Ibid. v. 66.

Spunea mulctra gerunt niveos

Ubere de gemino latices. i. e. lac.

Peristeph. 13. v. 16.

Hinc cruor effusus fluxit, & inde latex.

Et *Apoth.* v. 748.

Variis Silo a refundit Momentis latices.

Item in *Diteucho* v. 129.

Morborum medicina latex.

Apulejus lib. 1. *Metam.* *Expleri latice fontis lacteo.* *Aeneid.* 1. v. 690. *latex Lyæus*, est vinum: ut apud *Senecam* *œdip.* v. 490.

Ny

Nyctileus latex.

v. 23. *Haustum.*] Ita Ovid. 6. *Metam.*

v. 357.

Hauustus aquæ mihi nectâr erit.

Prudentius *Cathem.* 3. v. 176.

Hauustus amarus abesto procul.

Columella lib. 1. c. 5. *Si deerit fluens unda,
putealis queratur ex vicino aqua; qua non sit
hauustus profundi.*

v. 24. *Mella.*] *Matth.* 3, 4. *Marci* 1, 6.

Isidorus *Pelus.* lib. 1. ep. 132. τὸ μέλι τὸ ἀ-
γρίον, μέλι ὄρειον, ὑπὸ μελισσῶν ἀγρίων γινόμε-
νον πικρότατον, καὶ πάσῃ γένουσι πολέμιον.

Quod cum scribat ex majorum auctorita-
te, quid eâ de re sentiendum sit, definien-
dum nobis non est, sed totum relinquimus
Lectoris arbitrio: ut ait Baronius T. 1. *An-
nal.* ad A. C. 31. Origenes homil. XI. in Lucâ
hac de re ita scribit: Non habuit præcursor
Domini mel domesticum & diligentiam humanam
percolatum, sed silvestre; minus quippe iucundi
saporis, ut qui eo ad usum tantum vitæ & necessi-
tatis, non ad delicias uteretur. Paulinus *carm.* 5.

*Præbebant victum facilem silvestria
mella,*

*Pomag, & incultis enatae cautibus herbae,
Arentemq; sitim decurrēs unda levabat.*

Præ-

Prudentius Cathem. 7. v. 66.

*Illic dicatâ parcus abstinentiâ
Potum cibumq; vir severa industria
In usq; serum respuebat vesperum,
Parvum locustis & favorum agrestium
Liquore pastum corpori suetus dare.*

Ibi Glossa: Non revera mel comedebat, sed confricata folia cujusdam ligni, quæ gratum saporem habebant, velut mel. Confer Brochman. syst. Th. T. 2. de jejunio c. 2. q. 3. p. 4049.

v. 24. *Locustis.*] Constat, locustas illas fuisse aviculas elui aptas, neq; Johannem solum eas esitavisse. Suo tempore plerisq; Syris eam consuetudinem fuisse, ut advenientes peregrè in cibum reservarent: scribit Jacobus de Vitriaco lib. 7. hist. Orient. c. 53. cui Nicol. Clenardus ad stipulans scribit; *quamvis locustæ illæ saporis non sunt spernendi; malle se tamen unam perdicem, quam 24. locustas.* Glossa quoq; ad Prudentium ait: *Locusta est genus avis, digitalis longitudinis, acri volatu sed citò deciduo.* Fuit tamen Veterum quorundam opinio, locustas speciem herbe esse: ut Paulinus in versibus modò allegatis, & Isidor. Pelusiota lib. 1. ep. 132. innuere videntur. V. N. ad Prudent. Cathem. 7. v. 69. & Barth. lib. 5. Advers. c. 14. Danhaw. in Idea boni

boni interp. partis 1. s. 1. artic. 5. Iuvenus:
*Arvis qui solitus ruralibus esse locustas
Et tenuem victum silvestria mandere
mella.*

Prudentius in Diteucho sive Diptycho v.
117.

*Perfudit fluvio, pastus, Baptista, locu-
stis*

*Silvarumq; favis, & amictus veste
cameli.*

Adi quoque D. Franzium in hist. sacra ani-
mal. p. 815. seq. P. Fabrum de diversis regu-
lis juris ad l. Contractus. 23. n. 17. & 18. Ra-
dulph. Forner. lib. 6. Rerum quotid. c. 27.
Martin. in Lex. in *Locusta*. Sed locustas a-
liquas fuisse edules, non solum in Iudæa
(nam inter comestibilia munda etiam locustæ
numerantur, Levit. 11, 22.) & aliis regionibus;
sed etiam in Græciâ & oppositâ Asiâ,
dubium non est. Vide Casaubon. in Exer-
cit. sac. Locustis in cibum ad satietatem
utuntur Libyes, qui ad Leptim Africae in-
colunt: ut refert Dioscorides lib. 2. c. 46. Et
Strabo lib. 16. Æthiopum gentem quandam
esse ait, locustis victitantem admisto sale in-
massulas redactis. Verum hoc locustæ ge-
nus ἀσίγανος à Græcis dicitur, pinnis
carens

carens & prælonga habens crura, quo Africæ
vescebantur, Ακαιοφάγοι dicti; de
quibus scribit Agatharchides De mari ru-
bro; & Diod. Siculus lib. 3.

v. 25. Ceteri tantum cecinere vatum.] Ma-
carius homil. 28. Johānes Baptista πλή-
ρωμα Προφητῶν τυγχάνει· καὶ πάντες μὲν
προεφήτευσαν περὶ τῆς κυρίας, μήκοθεν
δεικνύοντες αὐτὸν παράγονόμενον· αὐτὸς δὲ
προφητεύων περὶ τῆς σωτῆρος Θεοῦ· ἐδείκνυε παρ'
ὀφθαλμοῖς πᾶσι; βοῶν καὶ λέγων. Ἴδε, ὁ
αἰμὸς τῆς Θεῶν! Prudentius Cathem. 9.
v. 25.

*Ecce! quem vates vetustis concinebant
seculis,
Quem Propbetarum fideles pagina spo-
ponderant,
Emicat, promissus olim; cuncta conlau-
dento eum.*

v. 26. Corde presago.] Presagus, qui præ-
sagio novit. Claudianus:

— *Heu mens presaga futuri.*

Virg. 10. Æneid. v. 843. Prælaga mali mens.
Seneca Thebaid. v. 278.

— *Magna presagit mala
Paterne animus.*

Et

Et Herc. Fur. v. 1147. & Herc. wt. v. 745.

Nescio quod animus grande presagit malum.
Cicero 1. de divin. c. 31. sagire sentire acutè est:
ex quò saga anus, quia multa scire volunt: & sa-
gaces dicti canes. Is igitur, qui antè sagit, quàm
oblata res est, dicitur presagire, id est, futura
antè sentire.

v. 26. Jubar.] Jubar hìc solem denotat.

Glos. σέλας ἡλίου, Jubar. Et, αὐγὴ ἡλίου,
jubar. Isidor. Orig. 3. c. 70. Hec (Venus) pro-
priè & Jubar dicitur, eò quòd iubar lucis ex se
fundat; sed & splendor Solis & Lunæ ac stella-
rum, jubar vocatur; quòd in modum iubar radii
ipsorum extendantur. Dracontius vers. 291.

Dum solis micat axe jubar. Val. Flaccus lib.
4. v. 93. — Sol auricomus cingentibus Horis

Multifidum jubar induitur,

Et lib. 5. v. 331. — Primi jubar ad placabile phœbi.

Prudent. Cathem. 2. v. 77. Sed cum jubar
claresceret. i. e. Sol, splendor diei; ut habent
glossæ Isonis. Et hym. XI. v. 12.

Scandit gradatim denud

Jubar priores lineas. 1. Sol.

Christus autem Sol dicitur, Malach. 4, 2. In
hymno Melanchthonis in Johannem Ba-
ptistam:

Hec ille firmo pectore

Docet, Christumq; prædicat

D

Veni-

Venire, ceu solem novum

Prodire aurora nunciat.

Appellatur etiam *Lux*, 1. Joh. 1, 5. intellige
essentialis lux, *αὐτοφύης, ἄτρεπτος*. Ger-
hard. De nat. Dei c. 7. θ. 48. *Splendor patris*,
Hebr. 1, 3. *Lumen in tenebris lucens*, Joh. 1, 3. 9.
lux gentium, Lucæ 2, 32. Unde ipsemet inquit,
Joh. 8, 12. *Ego sum lux mundi*. Et in templo
Imperialis Gelhusæ Christus fundere que-
relas his legitur versibus:

Sum lux; nemo cupit talem cognoscere lucem.

*Sum via; vos tamen sequitur vestigia ne-
mo, &c.*

Neand. in descript. Orbis terræ, parte 1. p.
135. Germanica vide in Rhetor. Diterici lib.
1. c. 20. Quot modis Christus dicatur *Lux*,
lege sis apud Finckium cent. 4. c. 93. & 94.
Lobech. disp. 3. θ. 32. seqq. Christus igitur
sol & lux est: *Johannes* autem dicitur à Chri-
sto ipso *lucerna*, Joh. 5, 35. Sicut enim amici
visitaturi vicinos noctu lucernam parant
atq; candelam accendunt: Ita amicus nō-
ster summus, imò *frater* Christus Joh. 20, 17.
sub noctem legis ac vesperam mundi visi-
taturus genus hominum præparat lucer-
nam, atq; præmittit prodromum seu præ-
cursorem Johannem Baptistam, qui venit
ante Christum, Joh. 1, 27.

v. 26. *Ad futurum*.] *Sol ille justitia, Chri-
stus*

stus Jesus, Malach. 4, 2. tanquam *Sponsus* pro-
cessit de thalamo suo; à summo cælo progressio
ejus, Gal. 19, 6. Hic sol quidem ortus est ab
æterno, quoad divinitatem, Mich. 5, 2. no-
bis verò illuxit in tempore, quoad huma-
nitatem. Ipse est *Oriens ex alto*, qui *visita-*
vit nos per viscera misericordiae, Lucæ 1, 18.
Magnæ super terram fuerunt tenebræ ante
ejus nativitatem, multiplex miseria orbem
occupaverat: sed orto hoc Sole, mox dispul-
sa est caligo ignorantiae. Isidor. Pelus. lib. 1.
ep. 257. *Populus, qui ambulat in tenebris, vidit*
lucem magnam, Esai. 9, 2. Exhilarati sunt mœ-
sti homines; quia ipso nato *gaudium ma-*
gnum omni populo annunciatum est, Lucæ 2, 10.
Meisner. in Meditat. Evang. Dom. 3. post E-
piphan. p. 127.

v. 27. *Mundi scelus auferentem.*] Videli-
cet digito Christum monstravit, inquitens:
Hic est agnus DEI, qui tollit peccata mundi, Joh.
1, 29. Macar. homil. 2. p. 24. homil. 20. p. 293.
hom. 28. p. 384. seq. hom. 44. p. 485. hom.
47. p. 515. Vocatur autem Christus *Agnus*
etiam Esai. 53, 7. 1. Pet. 1, 19. Apoc. 5, 7. 14. 15.
19. & 21. capp. Idq; fit metaphoricè. i. ratio-
ne nominis. Græcè enim *ἀγνός* est idem,
quod purus, simplex & innocens; qualis
certè fuit Christus, Hebr. 7, 26. Latinè *Agnus*

dicitur ab agnoscendo, quia agnoscit matrem
& pastorem suum: ita *Christus agnoscit suos*,
Joh. 10, 5. 2. ratione rei; idq; 1. propter vi-
ctimæ segregationem. 2. propter victimæ
oblationem. 3. propter vespertinam macta-
tionem. 4. propter agni qualitatem. 5. pro-
pter refectionem. *Agnus* verò *DEI* nomina-
tur 1. ob æternam Dei præordinationem,
Rom. 1, 4. Apoc. 13, 8. 2. ob Dei promissio-
nem. Gen. 3, 25. 3. ob realem missionem,
Joh. 3, 16. Galat. 4, 4. Vide D. Himmel. in
Passionali homil. 2. Theophylactum in c. 1.
Johan. super hæc verba: *Eccæ! Agnus DEI.*
Prudentius Cathem. 3. v. 168.

*Tu (Christe) niveus per ovile ruum
Agnus hiare lupum prohibes.*
Venantius Fortunatus lib. 2. de Christi
Cruce.

*Mitis amore pio pro nobis victima factus,
Traxit ab ore lupi quâ sacer Agnus o-
ves.*

Vide, quæ notavit Rosweyd. ad Paulinum
p. 787.

v. 27. *Auferentem.*] *Tolluntur peccata*
per Christum, agnum Dei, Joh. 1, 29. 1. Pet. 2,
24. Esai. 53, 4. *quoniam non imputantur per*
justitiam, Psal. 130, 3. & 4. *sed remittuntur per*
gratiam, Psal. 32, 1. 2. Rom. 4, 7. & 8, 1. *Remit-*
tuntur non ex nostro merito. Nostrum
enim

enim est peccatum, & nullum meritum; ut lo-
quitur Augustinus: idq; nos tollere & abire
jubet Paterfamilias, Matth. 20, 14. D. Finck.
cent. 3. c. 65. ubi vide reliqua. Balduin. libelli
Visitat. disp. 10. §. 37. seqq.

v. 27. Mundi.] Balduin. ibid. §. 39. seqq.

v. 28. Indice.] Index dicitur & Demon-
strator, quia ipso in indicando utimur. Bar-
tholin. in Instit. Anatom. lib. 4. c. 1. Prudent.
Plychom v. 700. *Vulneris index cruor.* Sta-
tius 9. Theb. v. 32. *Fama solito perniciosior in-
dex. Cum lugenda refert.* Cicero in Orat. *Ima-
go animi vultus est, indices oculi.* 1. Offic. Ora-
tionis indicem vocem habemus. Cyprianus in
Sodoma:

— *Propinus indice ductu Vertitur in cinerem.*

v. 29. *Spacium per orbis.*] 1. magnitu-
dinem. Ita enim saepe accipitur: ut exem-
plis probat Salmasius in Exercit. Plin. p. 105.
Dicitur autem *spacium* non duntaxat de lo-
co, Prudentius in Symmach. 1. v. 315. de sole:

*Area major enim, quam qui percurrit in illa,
Et longè campi spacium diffusius, in quo
Emicat.*

Et in Apoth. v. 880.

Incomprehensa manet virtus, cui linea desit

Ultima, quam spacium nō mensurabile tendit.

Sed etiam de tempore. Prudent. Cathem. 10.

v. 43. *Spacium breve restat,* Terent. Heaut. 5, 2.

E 3

Itane

Ita ne tandem, quaso, Menedeme ut pater Tam bre-
vi spacio omnem de me egerit animum patris?
Horat. 1. carm. XI. Spacio brevi spem longam
refeces. Apulejus lib. 6. Ira spacio tempo-
ris mitigetur. Cicero pro Archia. Spacium
temporis prateriti respicere. Ibid. Quibus regi-
onibus vite spacium circumscriptum est. Ovid.
3. Metam. v. 124. Jamq; brevis vite spacium
sortita juvenus.

v. 31. Nefas secli lavantem. J. i. e. Christum,
cujus sanguis καθαρῶς ἡμᾶς ἀπὸ πᾶσης
ἀμαρτίας, 1. Joh. 1, 7. Talis purgatio ac
mundatio non est naturalis, sordes vel
membrorum, vel vestium, vel vasorum a-
quâ abluens, Gen. 18, 4. Levit. 8, 21. 3. Reg.
22, 38. Matth. 6, 17. Neq; Typica seu Levi-
tica: immundiciem legalem sacrificiis & lu-
strationibus auferens, ut Levit. 12. Num. 19,
7. & 19. Sed Spiritualis, purgans conscientias de
malis & mortuis operibus, Hebr. 13, 14. & 10, 21.
& 9, 11. Psal. 51, 9. 1. Cor. 6, 11. Christi sangui-
ne facta, Hebr. 1, 3. D. Himmel. in Passionali
homil. 3. adde Mamphras. de locut. abstract.
θ. 56.

v. 31. Secli. J. i. e. hominum in mundo
degentium. Venantius Fortunatus hym. de
resurrect. Domini v. 75. Redde tuam faciem,
videant ut secula lumen.

v. 31a.

v. 31. *Debit tingere.* J. i. e. baptizare Christum, Matth. 3, 15. Marci 1, 9. Lucæ 3, 21. Joh. 1, 33. De baptismo Johannis, videndus D. Gerhard. T. 4. L. C. de baptismo θ. 14. 43. seqq. Finck cent. 2. c. 59. Brochman. syst. Th. T. 2. de Baptismo c. 6. quæst. 12. p. 2041. & ibid. c. 5. sect. 4. & quæ notavi ad Hilarii Genesin v. 204. Quare autem Christus à Johanne baptismum suscepit, ibidè rationes adducit Gerhard. θ. 178. 179. 180. Brochman. T. 1. syst. Th. de servatore nostro Christo p. 859.

v. 31. *Nefas.* J. i. e. peccatum. Prudent. 1. Cathem. v. 57. *Elevit negator deniq; Ex ore prolapsum nefas.*

v. 32. *Tingere lymphis.* J. i. e. baptizare, per periphrasin. Prudent. 2. Cathem. v. 64. *Jordane tinctos flumine.* Ibidem hym. 7. v. 72.

— *Sacrato in flumine*

Piè vetustas lavit errorum notas.

Sed tincta postquam membra defecaverat,

Celo refulgens insuebat Spiritus.

Idem Peristeph. 5. v. 58.

*Quem criminibus variis tinctum miseratus
abluisti.*

Et in Diteucho v. 119.

*Tinxerat & Christum: sed Spiritus ethere
missus*

Testatur tinctum, qui tinctis crimina donat.

D 4 v. 32. Lym

v. 22. *Lymphis*. Ji. e. aquâ. Salmasius in
in Exercit. Plin. p. 187. *Lymphas* Latini dixe-
re, quas Græci *λύμφας*, quod Æoles *λύμ-
φας* vocarent. Dicitur etiam *lymphor*
pro *lymphâ*; ut Lucilius fuit usus. Salmas.
ibid. p. 1285. Prudent. Cathem. 9. v. 86.

*Hinc cruoris fluxit unda, lymphâ parte ex al-
terâ:*

Lymphâ dat lavacrum, tum coronâ ex sanguine est.

Ibid. v. 28.

Câtharis infusa lymphâ fit falernum nobile.
In Romano v. 718. *Lymphâ haustum poscere.*
Et in Diteucho v. 127.

*Christus vasa jubet properanter aquaria,
lymfis*

Impleri.

*Baptismi igitur materia, externum ejus ele-
mentum, est aqua. Johannes enim, qui pri-
mus Dei mandato hoc sacramentum ad-
ministravit, non nisi aquâ baptizavit. Ego
baptizo aquâ, inquit Matth. 3, 11. Marci 1, 8.
Lucæ 3, 16. Joh. 1, 26. Johannes aquâ baptiza-
vit; inquit Christus Act. 1, 5. & Petrus Act. 11,
16. Baptizavit in Jordane, Matth. 3, 6. Atq; in
Enon prope Salem, ubi erant aquæ multæ, Joh.
3, 23. Vide Gerhard. T. 4. L. C. de Baptismo 8.
69. seqq. Brochman. T. 2. de Bapt. c. 5. sect. 3. p.*

2008e

3008. Non autem omnis aqua Baptismi ma-
teria est, verum ea demum, *quæ verbo sive mā-*
dato & promissioni Dei quasi unita & conjuncta
est, & quæ sanguine Christi rubet & permixta
est: ut scitè Augustinus Tract. II. in Johan.
inquit. Et Tract. 80. in Johan. Detrahe ver-
bum, & quid est aqua, nisi aqua? accedat ver-
bum ad elementum, & sit sacramentum, etiam
ipsum tanquam visibile verbum. Lobeck. disp.
XI. 9. 19. seqq.

v. 33. *Gloria Patri.*] Clauditur hymnus
εὐλογία sive *δοξολογία*, quæ ex antiquâ
consuetudine, sicut scribit Basilus, in fine
Psalmorum semper adjicitur: *Gloria patri,*
& Filio, & spiritui sancto. E. V. O. V. A. E. Ma-
carius homilias pæne ad hunc modum cō-
cludere solet: ut homil. 7. *Δόξαν ἐν ἀνα-*
πέμφωμεν πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύ-
ματι, εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Homil.
3. 9. & 25. δοξάζωμεν πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ
ἅγιον πνεῦμα, εἰς τὰς αἰῶνας. Homil. 17.
Δόξα τῇ ὁμοσιῶ Τριάδι εἰς τὰς αἰῶνας. Vi-
de Mich. Prætor. Syntag. Musici parte I.
memb. I. c. I. p. 3.

v. 33. *Genitog.*] More receptum apud
Christianos est scriptores, *GENITUM* dici
pro filio. Prudentius Cathem. 5. v. 57.

D s

Per

*Per Christum Genitum, summe Pater, tuum,
In quò visibilis stat tibi gloria.*

Notavit ad Phœbadium Barthi9 c. 26. p. 122.
γέννησις autem, generatio seu filiatio, personalis est Filii Dei proprietas. Dicitur enim *proprius Dei filius*, Rom. 8, 32. ut qui est è substantia Patris sui prognatus ei que *ὁμοῦσι*. Deinde *ὁμογενὴς πατρὶ τῷ πατρὸς*, *unigenitus*, Iohan. 1, 14. & 3, 16. appellatur; utpote qui solus sit ex Patris substantiâ genitus, & solus naturalis filius. Ad Lobech. d. 1p. 3. 9. 35. seqq. Christian. Matthiam in Synopsi, Loco IV. G. b. Euphronius presbyter in exposit. Fidei Cathol. B. Athanasii: *Neq; confundentes personas.] Tres omnino persone sunt. Est enim gignens, genitus, procedens. Gignens est Pater, qui genuit filium. Filius est genitus, quem genuit pater. Spiritus Sanctus est procedens, quia à Patre & Filio procedit.*

v. 33. *Proli.] ἐν διὰ δύοιν.* Columbanus carm. 3. v. 150.

————— *Christus,
Conditor orbis,
Omnipotentis
Unica proles.*

v. 34. *Compar utriusq;.] Athanas. in Symb.*

Symb. Sed Patris & Filii & Spiritus Sancti una
na est divinitas, equalis gloria, coeterna majo-
ritas. 1. Johan. 5, 7. Tres sunt, qui perhibent
testimonium in caelo, Pater, Filius, & Spiritus
Sanctus: & hi tres unum sunt. Unde ita:

Quicumq; est unum cum Patre & Filio;
ille est verus Deus.

Atqui Spiritus S. est unum cum Pa-
tre & Filio. E.

Quicumq; dat testimonium in caelo cum
Patre & Filio; ille est verus Deus.

Atqui Spiritus S. dat testimonium in cae-
lo cum Patre & Filio. E.

Adde & adi Finckium in Sylloge quaest.
illust. lect. 1. q. 24.

v. 35. Deus unus.] Athanas. Symb. Ita
Deus est Pater, Deus filius, Deus Spiritus San-
ctus; & tamen non tres Dii, sed unus est Deus.
Ibi Euphronius: Deus, nomen est potestatis,
non proprietatis. Proprium est nomen Patris,
Pater: & proprium est nomen filii, Filius: &
proprium est nomē Spiritus Sancti, Spiritus San-
ctus. Ibidem: Trinitas equalis est, & una
Deitas, &c. Vide Lobeckium disp. 2. 0. 52.
seqq. Finck. cent. 2. c. 57.

v. 35. Omni tempore.] Hymno Pa-
schali:

Cum quibus regnas Deus unus omni
Jugiter evo.

Eis

Εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Inno-
tur autem *eternitas*; quæ essentialis est
Dei proprietas, quâ ipse idem semper
est, sine principio, sine successione,
sine mutatione & sine fine. D. Ger-
hard. T. 1. L. C. de naturâ Dei c. XI. θ.
88. Lobeck. disp. 2. θ. 21. 22. 23. Christ.
Matth in Synopsi, D. b. Et hæc pro tem-
pore ad hunc hymnum dicta suffici-
ant. Ut verò fuerit *per Urbanum Re-*
gium emendatus Luneburgæ anno
1532. videatur in Psalmodiâ

Loffii p. 217.

Τῷ Θεῷ δόξα.



Ne



Nepagellæ istæ va-

caerent; addita est huic hymno Pauli
historia Johannis Baptistæ, descri-
pta à Paulino.

Zacharias Syria quondã de gente Sacerdos,
Credita solenni curabat templa paratu.
Vita viri, pietate, fide, gravitate, pudore,
Obsequio condigna Dei: conjunx huic alma
Elisabeth, prisca sanctorum stirpe virorum
Progenita, & tanto virtutibus æqua marito.
Sed, quod in opprobrio matrum posuere priores,
Prole carens, sterilem ducebat mæsta senectam,
Sperniq; omnem sobolis trãsaeta excluserat ætas.
Fortè sacrũ solenne Deo plebs cuncta ferebat,
Et pius antistes sacros adoleverat ignes,
Intima divinis decorans altaria flammis:
Ecce sacram propter cœlestis nuncius aram
Astirit, ac veste insignis, venerabilis ore,
Se cœlo missum vultuq; habituq; probavit.
Tum sancta in talis laxavit pectora voces:
Accipe, cœlesti Domino dilecte sacerdos,
Æterni mandata Dei, cui cura priorum
Perpetua est, jugis qui puro pectore custos

Eme-

Emeritum sanctis impendere scivit amorem:
Ac primum genus hic extincto semine non vult
Interiisse tuum foecundaque viscera fecit
Conjugis, effæto qua jam cessabat in ævo.
Cur tamen addubitas, mortali tu quoque sensu,
Omnia posse Deum? sed credes, ille probabis.
Nascetur dignus tanto sponsore beatus.
Perpetuusque puer, qui primo protinus ævo
Te major, sacras invictò in pectore vires
Auctoris dono plus quam genitoris habebit.
Nec sanè nato qua prima vocabula ponas,
Arbitrii jurisque tui est: Deus ipse profecto
Qui nasci jubet, hunc idem jubet esse Johannem.
Nominis hic titulus, meritorum immensa pro-

pago,

Quæ nec dum genito potuit prænoscere solus,
Qui dabit, & tanto tribuet tibi gaudia nato:
Nec verò tribuet tantum tibi (gloria parva est
Intra unam conclusa domum) sed quantus ab ortu
Tenditur in seræ finita crepuscula lucis,
Totus prole tua tecum letabitur orbis.
Quid mirum? cuncta vitiorum fece carebit,
Caelestem ducens sine labe & crimine vitam,
Vesano servans abstemia pectora vino,
Omniaque evitans male suadi pocula succi:
Cumque hominum generi vel post errata salutem
Spondeat, ab sancta quisquis renovabitur unda,
Ipse in se nihilum quo purificetur habebit.
Ac ne plura tibi variis ambagibus edam,

Elia

Elie meritum doctus nescire sacerdos
Non potes exosa qui mortis lege remissa,
Æternam degit proprio cum corpore vitam,
Igneus excelsum quem vexit ad æthera currus,
Flammantum rapido nisu glomeratus equorum,
Hunc tuus æquabit meritorum stemmate natus,
Tantundem & laudis simul & virtutis habebit:
Ergo ad condignas tanto pro munere grates,
Ne dubiam suspende fidem, ne mota faventis
Ira, Dei memorem statuat post præmia pœnam.
Hæc ait, & tenues elabitur ales in auras,
Fragrantemq; sacro procul æra fundit odore.
Dirigit trepida confusus mente sacerdos,
Ac dum promissum cunctantia corda volutant,
Dum se diffidit tantum meruisse favorem,
Ut summi sit cura Dei, dimissus ut alto
Nuncius è cælo, famulo tam clara referret
A domino mandata suo, ludiq; veretur,
Somniatq; illa putat: mores dum parcius æquo
Æstimat ipse suos, nec se meruisse fatetur:
Insidum facit ipsa fides, dum credere dignum
Se non vult, pœnas incredulitate meretur.
Protinus astricta est dæbitanti lingua palato,
Et motus oblita sui, molitq; vocis
Articulare sonum pigro torpore cohesit:
Dumq; cupit narrare suæ miracula plebi,
Conatus frustra, defixo obmutuit ore.
Mæstus abit, versatq; inclusa mente dolorem,

Et

*Et veniam erratis arcano in corde precatur.
Quanta Dei pietas, quamq; exorabile numen?*

*Poenituisse sat est. rara qui dat, temporis ordo
Voluitur, & gravis (mirum) distenditur aluo
Elisabeth sanctumq; gerunt pia viscera pondus,
Et venit effæto munus juvenile sub ævo.*

F I N I S.





194828

(X2619657)

n

VD 17





PAULI DIACONI 3
HYMNUS
IN
NATALI
JOHANNIS BA-
PTISTAE.

Explicatus

à
M. JOHANNE WEITZIO.



JENÆ,
Literis LOBENSTEINIANIS,
ANNO
M. DC. XXXIX.

